cum defuncto existentes quam sibi in tertio existens gradu admittat secun-
dum et patruos defuncti et illos admittat cum et idem in iiii° gradu sunt
cum defuncto. hec glo. et si non habeat hic locum racione patruorum respectu
filiorum fratrum cum ibi ambe partes sunt defuncto collaterales. habet tamen locum
quo ad eos respectu parentum ascendentium scilicet. Credere quod ex hoc admittantur
patrui cum eis. Primo ideo quia satis probatum est quod nullis collateralibus
fauetur cum ascendentibus succedere. nisi solis fratribus utrimque coniunctis et illorum
filiis. quo[s] parentes excludunt patruos. Secundo ideo quia et secundum filii patruos
excludunt ut supra 2° membro tertie partis tractatus habetur. et dicti patrui
patiuntur repulsam. Et tantum de secunda parte tractatus

Nunc in tertia parte presentis tractatus restat videre de successionibus dumtaxat
collateralium. Et pro clara nostrique expeditione huius partis. tale fatio distinctionem
Quod videndum est primo an supersistes sint fratres aut sorores. utrimque coniuncti
defuncto. Secundo. si nulli sint tales. an extent non utrimque coniuncti fratres
et sorores. Tertio si nec tales. an supersint saltem filii. Quarto. quod et nulli
tales sint videndum tunc est de omnibus aliis cognatis huius collateralibus.

Nota hic quatuor membra collateralium distinctionum

Tertia pars tractatus in qua tractat de successione mere collateralium. Ubi primo quadrimembrem ponit distinctionem collateralium. Primitus quorum ordinate prosequitur ad primum, quartum [...] capitulum [...] AA

Quantum ad primum divisionis membrum quando extant fratres vel sorores utrimque
coniuncti preferuntur aliis fratribus et sororibus ex una tantum parte coniunctis ac
et aliis quibuscumque agnatis et cognatis collateralibus exceptis solis
utrimque coniunctorum filiis. Declaratur hoc per particulas. Primo dictum est
quod preferuntur aliis fratribus et sororibus ex una tantum parte coniunctis. Scilicet probatur
in auc. itaque. C. communia de successionibus que sic dicit. Itaque mor-
tuo patre familias si decedat intestatus sine liberis relictis fratribus et
aliis consanguineis aliis uterinis quibusdam ex utraque parte coniunctis in eos
transmittat hereditatem qui utrimque coniuncti fuerint. Cuius rationem tangit glo.
ibidem quia duplicia iura habentes preferuntur unum habentibus tantum. Ad
idem in auc. de consang. et ut fra. §. volumus hec. ubi sic habetur. Vult
hec lex autem. ex utroque decoratos et similiter quidem consanguineos similiter et
uterinos fratres ad successionem morientis meliores esse. quam illi qui solum
consanguinei aut solum uterini sunt. A fortiori preferuntur huiusmodi fratres utrimque
coniuncti non utrimque coniunctorum premortuorum filiis. ut in auc. de here. ab
intest. §. reliquum. v. eadem superque respondet. Dictum est secundo quod et quibusdam

Secundo preferuntur omnibus collateralibus de filiis utrimque coniunctis

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0015
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg Ministerium für Wissenschaft, Forschung und Kunst